THE FABLES OF ORBILIUS

PART II.

by

A. D. GODLEY.



Frontispiece *Exercise* 6

FORTI ET CELERI VOLATU QUINQUAGINTA MILIA JUGERUM STATIM CIRCUMFERTUR

THE FABLES OF ORBILIUS

BY

A. D. GODLEY, M.A.
FELLOW OF MAGDALEN COLLEGE, OXFORD

PART II

LONDON
EDWARD ARNOLD
41 & 43 MADDOX STREET, BOND STREET, W.

PREFACE

THE stories in this series are intended to afford examples chiefly of *oratio obliqua* and simple 'periodic' sentences: these instances should be helpful with a view to both translation into English and composition. I assume that learners are already familiar with the first series of *Fables*, and have therefore omitted from the vocabularies all words which occur in the preceding volume.

HINTS FOR TEACHERS

Exercise 1.—*Respondet.* This is the 'historic present,' often used in Latin instead of a past tense. It is not (like a real present) followed by a present subjunctive; for instance, *caperem* below depends on the historic present *arcesso.*

Ita persequimur ut . . . evitaret. A common Latin idiom: literally, 'We pursued it in such a way that it,' &c. Hence the meaning is, 'although we pursued, yet,' &c.

Exercise 2.—*Haec est causa, cur . . . videas.* Notice that interrogatives (who, why, how, where, when, &c.), when they depend on a verb, as here, are followed by a subjunctive. 'Why do you see?' is *cur vides?* 'I know why you see,' is *scio cur videas.*

Nihil . . . est . . . quod . . . possit. Relatives with a negative antecedent, as here, are regularly followed by a subjunctive.

Exercise 3.—*Quia hominem non novisset,* 'because (*as he said*) he did not know.' These represent the actual words of the banker, and are therefore a 'dependent clause in reported speech.' Verbs in such clauses are regularly put in the subjunctive.

Suppose the word were *noverat*, the indicative would imply that the reason is given by the narrator of the story, not by the *mensarius*.

Exercise 6.—*Abire* is what is called the 'historic infinitive': it is used here to describe a single occurrence. Very often this infinitive is used to describe something which goes on happening from time to time.

Amabo: literally?

Exercise 7.—*Nullam moram fecit quin:* literally, 'made no delay so as not to,' &c.; *quin* is used in somewhat the same way after *dubitari*, below.

Certissimo documento: literally, 'for a very certain proof.' The dative so used is a common idiom in Latin.

Exercise 9.—*Nunc . . . quum nihil mali pati potes.* If the meaning is only 'when' (not 'since' or 'although'), and the time is present or future, *quum* is regularly followed by a verb of present or future time in the indicative; and always by the indicative when the antecedent (as here, *nunc*) is expressed and not understood.

Exercise 11.—*Id quod:* literally 'that which': translate 'as.'

Notice in this exercise the syntax of 'reported speech,' and remember the note on Exercise 3.

Qui . . . legeret means 'because he was reading.'

Exercise 23.—*In quo donum accepisset.* Remember the note on Exercise 3.

CONTENTS

	PAGE
PREFACE	v
HINTS FOR TEACHERS	vi
A TREACHEROUS CAT	
EXERCISE 1	11
EXERCISE 2	12
HOW TO OBTAIN A LOAN	
EXERCISE 3	14
PHILOSOPHIC CALM	
EXERCISE 4	15
THE KING AND THE WIZARD	
EXERCISE 5	16
EXERCISE 6	17
EXERCISE 7	18
A PERSUASIVE LAWYER	
EXERCISE 8	19
EXERCISE 9	20
THE USE OF A CORK LEG	
EXERCISE 10	22
EXERCISE 11	22
POETS AND THEIR SONS	
EXERCISE 12	23
THE SCOTCHMAN AND THE IRISHMAN	
EXERCISE 13	25
THE FAITHFUL HOUND	
EXERCISE 14	27
EXERCISE 15	28

PAGE

A QUEER COFFIN

Exercise 16 29
Exercise 17 30

CROSS PURPOSES

Exercise 18 31
Exercise 19 32

HOW TO CHOOSE A HUSBAND

Exercise 20 34
Exercise 21 35

IRISH ARCHITECTURE

Exercise 22 36

VOLUNTARY CONTRIBUTIONS

Exercise 23 38
Exercise 24 39

THE KING AND THE SOLDIER

Exercise 25 40
Exercise 26 42

RIP VAN WINKLE

Exercise 27 43
Exercise 28 44

AN AMERICAN GHOST STORY

Exercise 29 46
Exercise 30 47

AN IRISH JURY

Exercise 31 48
Exercise 32 49

THE JUMPING FROG

Exercise 33 50
Exercise 34 51
Exercise 35 52
Exercise 36 52
Exercise 37 54

VOCABULARY 55

LIST OF ILLUSTRATIONS

FORTI ET CELERI VOLATU QUINQUAGINTA MILIA JUGERUM STATIM CIRCUMFERTUR . . . . . . *Frontispiece*

PAGE

GENAS MEAS ET FRONTEM UNGUIBUS DILANIAT . . . 13

'A TE PECUNIAM PETO, QUIA ME NON NOVISTI' . . . 14

'UXORI MEAE, ISTAM REM NUNTIA' 15

'QUOMODO SE TOTA RES HABEAT OMNINO NESCIO' . . 21

NUMQUID MALE FECISSET, QUI PATRIS CARMINA LEGERET . 24

'HOC SI ME ROGAVISSES, TIBI DIXISSEM' 26

POENITUIT CANEM HASTA CONFIGENDI 28

NEQUE ENIM TIGRIS EI ULLO MODO UTILIS ESSE POTERAT . 30

'AMBO, DOMINE,' RESPONDET 33

'UNUS ENIM SICCUS EST ET CETERIS MULTO SAPIENTIOR' . 36

ROGATUS, CUR DUO FORAMINA FECISSET 37

NIHIL IN EO NISI AQUAM INESSE PATEFACTUM EST . . 39

NONNULLIS ETIAM LUDIBRIO FUIT 45

MIRANTUR ET RIDENT OMNES 50

'HOC TIBI ANTEA PRAEDIXI' 53

THE FABLES OF ORBILIUS

BOOK II

A TREACHEROUS CAT

EXERCISE 1

occurrĕre, meet.
aspectus, aspectūs, appearance.
mĭsĕrābĭlis, wretched.
prae se ferre, show.
lăcĕrus, torn.
făcies, faciei, face.
cruentus, bloody.
vĕlut si, as if.
unguis, claw.
quisnam, who.
incommŏdum, inconvenience.
gĕna, cheek.
inferre, cause.
fēlis, cat.
exturbare, drive out.
ferre, bear.
diūtius, longer.
consĭlium, plan, counsel.
adjŭvare, help.
arcessĕre, summon.
vīcīnus, neighbour.
causa, cause.
lătĭtare, lie hid.
persĕqui, pursue.

Amico cuidam meo nuper occurri aspectum admodum miserabilem prae se ferenti: faciem enim laceram et cruentam velut si ferae unguibus esset vulnerata habebat. Quem cum rogavissem quidnam ei accidisset ut genas ita laceras haberet, ille hunc in modum mihi respondet: 'Felis,' inquit, 'quaedam e nescio quo loco jamdudum in domum meam venire solebat: cibum meum furabatur: omnibus modis maximum mihi incommodum inferebat. Saepe

domo exturbata semper tamen redibat. Tandem cum incommodum diutius ferre non possem, vicinum meum quem nosti arcesso, eo consilio ut illo adjuvante felem caperem atque occiderem.

Itaque felem illam per omnes domus partes fugientem capiendi causa ita persequimur, ut illa tamen semper in aliquo locolatitando nos evitaret.

EXERCISE 2


ăliunde, from elsewhere.
se rĕcĭpĕre, take refuge.
nĕque, nor.
ĭbi, there.
mănus, manūs, hand.
protrahĕre, drag out.
prōnus prōiectus, falling on my face.
hŭmi, on the ground.
inspĭcĕre, look into.
ŏcŭlus, eye.
ignis, fire.
mĭcare, shine.
tĕnĕbrae (pl.), darkness.
furca, fork.
longus, long.
ăcūtus, sharp.
conclāve, room.
călĕfăcĕre, heat.
ardēre, burn (intrans).
latĕbra, hiding-place.
prōsĭlire, jump out.
ăpertus, open.
quaeso, I pray.
bestia, beast.
immānĭtas, ferocity.
impĕtus, impetus, attack.
frons, frontis, forehead.
dīlăniare, lacerate.
scīlĭcet, for indeed.
orbis terrarum, world.
perfĭdia, treachery.
crēdĕre, believe.
compărare, compare.

Tandem postquam aliunde exturbata est sub lectulum quendam se recipit: neque ibi sedentem et latitantem manibus capere et protrahere potuimus. Pronus humi projectus locum inspicio: video felis oculos velut ignem in tenebris micantem. Quam cum nullo alio modo protrahere possemus, furcam longam atque acutam



GENAS MEAS ET FRONTEM UNGUIBUS DILANIAT

igne qui in conclavi erat prius calefactam atque ardentem sub lectulum eo consilio immisi, ut felis furca ardenti excitata e latebra prosilire cogeretur et in aperto loco occidi posset. Vide nunc, quaeso, crudelissimae bestiae immanitatem. Simul atque furca tacta est irata e latebra prosilit: in me nihil mali nisi ut eam occiderem cogitantem impetu facto, genas meas et frontem unguibus dilaniat: deinde nobis subito impetu turbatis e fenestra prosilit, neque postea reperiri potuit. Haec est causa, cur faciem meam laceram et cruentam videas. Nihil scilicet, mihi crede, est in toto orbe terrarum quod cum felium perfidia comparari possit.



'A TE PECUNIAM PETO, QUIA ME NON NOVISTI'

HOW TO OBTAIN A LOAN

EXERCISE 3

mensārius, banker.
rĕcūsare, refuse.
pĕcūniam mūtuam dăre, lend money.

Quidam quum ad mensarium, quem antea non noverat, venisset ab eo petiit ut sibi pecuniam magnam mutuam daret. Cui quum mensarius se id facere nolle respondisset, quia hominem non novisset, 'Eam ipsam ob causam,' inquit ille, 'a te pecuniam peto, quia me non novisti: omnes enim, qui me noverunt, mihi pecuniam mutuam dare recusant.'



'UXŌRI MEAE, ISTAM REM NUNTIA'

PHILOSOPHIC CALM

EXERCISE 4

inter, among.
phĭlŏsŏphus, philosopher.
lībєr, libri, book.
nuntiare, announce.
pĕrīcŭlum, danger.
combūrĕre, consume by fire.
vix, scarcely.
sublātus, lifted.
dŏmestĭcus, domestic.
attĭnēre ad, concern.

Philosophus quidam dum inter libros suos scribebat et legebat, venit quidam e servis qui ei domum ita ardere nuntiat ut periculum esset, ne omnino combureretur. Cui ille oculis

vix a libro quem legebat sublatis, 'Uxori meae,' inquit, 'istam rem nuntia: ad me autem res domesticae nihil attinent.'

THE KING AND THE WIZARD

EXERCISE 5

rex, rēgis, king.
Hĭbernĭcus, Irish.
circa, round.
nātio, nationis, nation.
luctus, luctūs, grief.
confectus, overcome.
lăcrĭma, tear.
effundĕre, shed.
intuēri, look at.
anser, ansĕris, goose.
cārus, dear.
jūcundus, pleasant.
mortem ŏbire, die.
lăcrĭmare, weep.
sollertia, cunning.
merces, mercēdis, price.
solvĕre, pay.
vīvus, alive.
circumvŏlare, fly round.
condĭcio, -ōnis, condition.
pactum, bargain.
vīta, life.
rĕvŏcare, recall.

Regi Hibernico circa lacum qui in terris ejus erat ambulanti sacerdos quidam eiusdem nationis forte occurrit. Qui regem dolore et luctu confectum et lacrimas effundentem intuens rogat quae tandem causa esset cur lacrimas effunderet. Ille autem in anseribus suis causam esse luctus respondit: quae enim una ex iis carissima sibi et jucundissima esset, eo ipso die mortem obiisse: hac igitur de causa se dolere et lacrimare. Cui sacerdos qua erat sollertia,

'Miseret me tui,' inquit, 'rex, et tibi subvenire cupio. Quam igitur mercedem mihi vis solvere si modo anserem istam vivam tibi et sanam reddidero?' Rex sacerdoti, quantum agrorum anser illa sana facta circumvolare posset, tantum se daturum dicit. Ea igitur condicione pactum faciunt, ut sacerdos anserem mortuam in vitam revocaret, rex autem agri tantum sacerdoti daret quantum anser circumvolaret.

EXERCISE 6

rēgia, palace.
efficĕre, perform.
existĭmare, think.
brĕvis, short.
interjectus, having elapsed.
cădāver, cadavĕris, dead body.
tractare, handle.
vertĕre, turn.
mox, soon.
vōtum, vow.
aura, breeze.
sublīmis, aloft.
paulo, a little.
penna, wing.
commŏvēre, move.
ĕtiam, even.
vŏlātus, volatūs, flight.
quinquāginta, fifty.
mīlia, thousand.
jūgĕra, jugerum, acres.
circumferre, bear round.
jam, now.
nūper, lately.
ămabo, if you please.

Itaque rex in regiam abire ut avem afferret: neque tamen sacerdotem quod promisisset effecturum esse credebat, neque si forte effecisset se agros dare coactum iri existimabat. Brevi tempore interiecto anserem ferens e regia redire.

Inde sacerdos cum cadaver manibus cepisset, primo tractare atque huc illuc vertere: mox cum vota et preces fecisset in auras sublimem projicere: quo facto avis illa, quae paulo ante mortua fuerat, non modo viva et sana facta pennas commovet sed etiam forti et celeri volatu quinquaginta milia iugerum statim circumfertur. Regi miranti sacerdos 'Jam nunc,' inquit, 'da mihi amabo ista quinquaginta milia iugerum quae mihi te daturum esse nuper promisisti.'

EXERCISE 7

ēvĕnire, happen.
spērare, hope, expect.
laetari, rejoice.
perfĭcĕre, perform.
poscĕre, demand.
sex, six.
saltem, at least.
regnum, kingdom.
nēquāquam, not at all.
terrēre, terrify.
nullam mŏram făcĕre quin, make haste to.
convertĕre, convert.
occŭpare, take possession of.
dŏcŭmentum, proof.
ădhuc, still.
septem, seven.
lītus, litŏris, shore.
aspĭcĕre, behold.
dŭbĭtare, doubt.

Ille autem qui nihil tale eventurum esse speraverat, quanquam anserem vivam factam esse laetatus est, iratus tamen sacerdote ut promissa perficeret poscente sex quos habuit filios arcessit, ut sacerdotem aut occiderent aut saltem regno suo exturbarent: a quibus sacerdos nequaquam

territus nullam moram fecit quin regem et sex filios omnes statim in lapides converteret: ipse autem regnum ejus totum occupat. Huius rei illud certissimo documento est quod adhuc septem ingentes lapides in litore lacus stantes aspiciuntur: quos nisi ipse vidissem, fabulae fortasse non credidissem: nunc autem dubitari nullo modo potest, quin res tota ita, ut dixi, acciderit.

A PERSUASIVE LAWYER

EXERCISE 8

ōlim, formerly.
tanquam, as if.
ĕquus, horse.
făcĭnus, facĭnŏris, deed.
căpĭtis damnare, condemn to death.
comprehendĕre, arrest.
carcer, carcĕris, prison.
dēfendĕre, defend.
pătrōnus, advocate.
reus, accused person.
allŏqui, address.
quippe qui, since he.
utrum—annon, whether—or not.
vehĕmenter, vehemently.
pernĕgare, deny.
causam dīcĕre, plead a cause.
jūdĭces (sing. **judex, judĭcis**), jury.
jūdĭcium, court of law.
crīmen, charge.
ōrātionem hăbēre, make a speech.
affirmare, affirm.
mōres (pl. **morum**), character.
ăbhorrēre, be inconsistent with.
dŏcēre, teach.

Homo quidam olim accusatus est tanquam equum furatus esset: quod facinus eo tempore

ita malum esse existimabatur, ut multi propter hoc etiam capitis damnarentur. Comprehensus igitur quum in carcere sederet, venit in carcerem qui ei datus est defendendi causa patronus; qui reum adlocutus,—quippe qui scire vellet, quomodo esset defendendus,—rogat eum utrum equum esset furatus, annon: si fecisset, hominem sibi confiteri jubet. Ille se rem fecisse, propter quam accusatus esset, vehementer pernegat.

Itaque quum dies venisset, in quo causa dicenda erat, veniunt judices et reus et patronus et ceteri omnes in judicium. Primum accusator multa de crimine locutus est: deinde patronus, cui reus erat defendendus, eam orationem habuit, ut hominem tale facinus nequaquam fecisse vehementer affirmaret: mores ejus a tali facinore omnino abhorrere: neque voluisse facere, si potuisset, neque potuisse si voluisset judices docet.

EXERCISE 9

ūnĭversi, all together.
accūsātor, -oris, prosecutor.
sententia, vote.
absolvĕre, acquit.
ădesse, be present.
excēdĕre, depart.
dēmum, at length.
sāne, indeed.

Denique talia dicendo ita omnium animos commovit ut universi judices accusatori credere



'QUOMODO SE TOTA RES HABEAT OMNINO NESCIO'

nollent et reum sententiis absolverent. Quo absoluto omnes qui adfuerant loco ubi judicium habitum erat excesserunt. Accidit forte ut reo jam libero et absoluto patronus e judicio excedens occurreret. Cui quum occurrisset, 'nunc demum,' inquit, 'quum nihil mali pati potes, dic mihi quod verum est; nonne equum istum furatus es?' A quo rogatus qui reus paulo ante fuerat hunc in modum respondet: 'credidi sane,' inquit, 'ante judicium me istum equum furatum esse: nunc autem, postquam orationem tuam audivi, quomodo se tota res habeat omnino nescio.'

THE USE OF A CORK LEG

EXERCISE 10

Amĕricānus, American.
rēda, carriage.
viātor, viatoris, traveller.
accipĕre, receive.
portare, convey.
vehĕre, carry.
dēversōrium, inn.
descendĕre, descend.
incurrĕre, run against.
vis (Abl. **vi**, no Genitive), force.
calcare, kick.
pessĭmus, worse.
sed, but.
mĭsĕrĭcordia, pity.
vīnum, wine.
ĕmĕre, buy.

Americano cuidam homini iter facienti forte nuper occurri, qui in reda, quae viatores mercede accepta portabat, vehebatur. Ea quum ad deversorium in itinere venisset, in Americanum de reda descendentem viator alius ita incurrit, ut pedem ejus magna vi calcaret: quo facto Americanus ille clamores maximos tollit: humi projectus et lacrimans pessimum dolorem pati videtur. Hoc quum vidissent non modo viator qui pedem calcaverat sed omnes qui in reda vehebantur misericordia ita commoti sunt ut collectam pecuniam homini darent, qua vinum bibendi causa emeret: hoc enim magno sibi solatio fore dicebat.

EXERCISE 11

sōlus, alone.
quod, as far as.
saucius, wounded.
rĕpente, suddenly.
sĭtire, to be thirsty.
occāsio, occasiōnis, opportunity.
sĭmŭlare, pretend.
cortex, cortĭcis, cork.

Mox postquam reda cum ceteris viatoribus


abiit, ego solus cum Americano in deversorio sum relictus. Qui quum ceteros abeuntes vidisset, statim sanus esse factus neque dolorem ullum pati videbatur: ambulabat sicut antea neque quoad videre potui pedem saucium habebat. Itaque miratus hominem rogavi, quonam modo accideret ut repente sanus factus esset: quod quum rogavissem, ille mihi 'verum,' inquit, 'tibi confitebor. Jamdudum sitiebam neque tamen pecuniam habebam qua vinum emerem: deinde quum iste pedem meum calcavisset, optimam hanc esse pecuniam e viatoribus accipiendi occasionem putabam, si me saucium esse simularem. Pes autem ille quem calcavit e cortice factus est, neque, quum calcatur, dolet.'

POETS AND THEIR SONS

EXERCISE 12

pŏēta, poet.
versus, versūs, verse.
nonnulli, some.
commĕmŏrare, tell.
narrare, relate.
carmen, carmĭnis, poem.
contĭnēre, contain.
intrare, enter.
quaerĕrere, ask of.
illic. there.
appārēre, appear.
sătis, sufficiently.

Pater Henrici poeta est: versus multos facit, qui in toto orbe terrarum legi solent, et a nonnullis boni esse putantur. Quam rem nulla causa esset cur vobis commemorarem, nisi Henricus poetae filius hoc sibi nuper accidisse



NUMQUID MALE FECISSET, QUI PATRIS CARMINA LEGERET

narravisset. Se forte, id quod saepe facere solitus esset, librum in quo patris sui carmina continerentur legentem domi sedisse: quod quum faceret, venisse Thomam quendam amicum suum, qui et ipse patrem poetam haberet. Thomam igitur postquam domum intravisset, quum legentem videret, e se quaesivisse quid illic faceret: cui se patris carmina se legere respondisse: quod quum respondisset, rogavisse Thomam numquid male fecisset, qui patris carmina legeret.

Thomam puerum esse pessimae indolis ex hoc satis apparet.

THE SCOTCHMAN AND THE IRISHMAN

EXERCISE 13

gens, gentis, nation.
silva, wood.
fŏvea, hole.
monstrare, show.
Scōtus, Scot.
cŏmes, comĭtis, companion.
vulpes, fox.
incĭpĕre, begin.
incŏlere, inhabit.
stŭdiōsus, desirous.
fŏdĕre, dig.
nĕgōtium, business.
rursus, again.
lăbor, labōris, toil.
fessus, weary.
ĭnesse, be in.
quinque, five.
ăbhinc, ago.

Duo homines, alter Scoticae alter Hibernicae gentis, iter forte in urbem faciebant. Qui dum per silvam quamdam eunt, foveam magnam quae juxta viam erat comiti suo monstrans, 'Vidi,' inquit Scotus, 'vulpem in illam foveam euntem.' Quod quum Hibernus audiisset, vulpem capere velle incipit: sunt enim omnes, qui Hiberniam incolunt, venandi admodum studiosi: Scotum igitur admonet ut is in urbem solus iter faceret: se autem in loco mansurum, si forte bestiam in fovea latitantem fodiendo capere posset. Itaque ille postquam e reda in qua vehebantur descenderat, Scotus in urbem iter facere, Hibernus terram fodere incipit.

Alter igitur quum sex postea horis perfecto



'HOC SI ME ROGAVISSES, TIBI DIXISSEM'

negotio quod in urbe faciendum habuerat, rursus ad eundem locum cum reda rediisset, alterum juxta viam sedentem et magno labore fessum invenit. Rogat hominem numquid repperisset: cui ille, 'Nihil,' inquit, 'fodiendo reperire potui: neque enim quidquam in fovea ista inerat.' Scotus se non mirari dixit, quod Hibernus nihil repperisset. 'Quam enim,' inquit, 'vulpem in foveam istam euntem vidi, quinque abhinc annis vidi. Hoc si me rogavisses, tibi dixissem.'

THE FAITHFUL HOUND

EXERCISE 14

Brĭtannĭcus, British.
cănis, dog.
ingens, ingentis, huge.
lŭpus, wolf.
parvŭlus, little.
custos, custōdis, guardian.
rĕverti, return.
fŏres (pl.), door.
fauces (pl.), jaws.
corpus, corpŏris, body.
sanguis, sanguĭnis, blood.
respergĕre, sprinkle.
signĭfĭcare, mean.
intellĕgĕre, understand.
mĕtus, metūs, fear.
admīratio, -ōnis, wonder.
conjectūra, guess.
ultio, revenge.
hasta, spear.
confīgĕre, pierce.

Rex quidam Britannicus canem ingentem lupos occidendi causa alebat: quem, quoties iter faciebat, domi relinquere solitus est, ut parvuli filii comes idem et custos esset. Hoc quum saepe antea fecisset, ex itinere longo domum reversus canem illum ante fores jacentem invenit: fauces canis cruentas, corpus totum sanguine respersum vidit: filium autem suum nusquam videre potest. Quae res quid significaret quum intellegere non posset, metu et admiratione commotus filium suum a magno illo cane occisum esse conjecturam facit: iratus igitur canem ultionis causa hasta confixum occidit.



POENITUIT CANEM HASTA CONFIGENDI

EXERCISE 15

intĕrior, -ōris, inner.
aedes (pl.), **aedium**, house.
ingrĕdi, enter.
incŏlŭmis, unhurt.
fĭdēlis, faithful.
poenĭtuit configendi, he was sorry for piercing.
hŏnōre afficĕre, do honour to.
tŭmŭlus, mound.
sĕpĕlire, bury.
exstruĕre, build.
rĕgio, regiōnis, region.
vīsĕre, visit.

Quo facto in interiorem partem aedium ingressus tandem filium parvulum incolumem et in lectulo dormientem invenit: juxta quem lupum ingentem sanguine respersum et mortuum jacentem videt. Hoc quum rex vidisset

intellegit quid factum esset: lupum scilicet quum in puerum impetum fecisset a cane fideli esse occisum: quod quum intellexisset, poenituit canem hasta configendi. Itaque ut aliquo honore fidelem filii custodem afficeret, tumulum magnum in loco, in quo canis sepultus est, exstruxit. Qui locus ab iis qui in illa regione itinera faciunt nunc etiam saepe visi solet.

A QUEER COFFIN

EXERCISE 16

Indicus, Indian.
tīgris, tigris, *or* **tigridis,** tiger.
ĕpistŭla, letter.
certior fīĕri, be informed.
os, ossis, bone.
mittĕre, send.
constĭtuĕre, appoint.
exspectare, expect.
vincŭlum, fastening.
cancellus, bar.
ferreus, made of iron.
conclūdĕre, shut in.

Indici hominis, ut narratur, filius in longinquam Indiae partem iter fecerat, ut feras et praecipue tigres in silvis venando occideret. In quo itinere eum mortuum esse pater ab amico quodam accepta epistula certior factus est: itaque quum filii ossa prope domum suam sepeliri vellet, ipse ad eundem amicum missa epistula rogavit ut filii sui cadaver domum ad se mitteret: constituit locum in quem mitti deberet. Quo facto postquam in constitutum

locum venit pater filium mortuum sibi redditum iri exspectat: mox eo ipso die quo cadaver filii venturum esse amicus per epistulam certiorem fecerat, pater nihil venisse intellegit nisi ingentem tigrim vinclis et cancellis ferreis conclusam: nullum cadaver usquam videt.



NEQUE ENIM TIGRIS EI ULLO MODO UTILIS ESSE POTERAT

EXERCISE 17

mīrus, strange.
ūtĭlis, useful.
cŏmĕdĕre, eat up.
bēlua, wild beast.

Mira res patri videbatur: beluam videt sine dubio ad se ab amico missam: quam autem ob causam missa esset (neque enim tigris ei ullo

modo utilis esse poterat) omnino non intellegere poterat. Igitur altera epistula ad amicum scripta rogat cur talem beluam filii loco misisset: amicus autem eam ob causam se misisse respondet, quia pater filii cadaver ut ad se mitteretur petiisset: cadaver autem in tigride illa esse. Ita pater a tigride occisum esse et comesum filium intellegit.

CROSS PURPOSES

EXERCISE 18

inter, among.
circum, round.
vĭgĭlias exercēre, keep guard.
cōmĭter, courteously.
plērumque, mostly.
jŭvĕnis, young man.
centŭrio, -ōnis, captain.
custōdire, guard.
praeceptum, advice.
domicilium, lodging.
tertius, third.
mos, mōris, custom.
quot annos nāti, how old.
stīpendia făcĕre, serve as a soldier.
mĕmĭnisse, remember.
verbum, word.
biennium, two years.
dŏmĭnus, master.
clārus, clear.
dĭsertus, distinct.

Haec fabula de milite Scythico mihi narrata est. Is inter eos fuit qui circum ipsam regiam in qua rex habitabat vigilias exercere jubebantur. Eos quum rex visere et comiter alloqui solitus esset, neque illi semper respondere possent, quippe qui plerumque rustici et juvenes et saepe non eiusdem nationis essent,

centuriones saepe milites admonebant quomodo regi respondere deberent, ut illi placerent. Huic igitur militi de quo loquimur centurio, antequam ad locum iret, qui custodiendus erat, hunc in modum praecepta dedit. 'Saepe,' inquit, 'regis hunc morem esse intellexi ut de tribus rebus milites roget: primum quot annos sint nati: deinde, quum ad hoc responderint, quantum temporis apud exercitum stipendia fecerint: denique utrum domicilium et cibus placeat iis an non. Tu igitur hoc tantum facere memento: ad prima regis verba, quamquam intellegere non poteris, "Viginti annos," quum te iterum rogaverit, "Biennium tantum, domine," respondebis; ad illud autem, quod tertio loco rogabit, "Ambo, domine," respondere memento. Ita regi placebis quia clare et diserte ad omnia quae rogabit respondere poteris.'

EXERCISE 19

discēdĕre, depart.
sĕcundus, second.
contra, on the other hand.
ăpud, with, in.
trĕpĭdus, confused.
praeter, except.
dies nātālis, day of birth.
insanire, be mad.
octōdĕcim, eighteen.
contĭnuus, consecutive.
mīlĭtare, be a soldier.

Hunc in modum a centurione admonitus miles in eam partem regiae, quam erat custoditurus, discedit. Mox vigilias exercenti, id quod



'AMBO, DOMINE,' RESPONDET

fore erat nuntiatum, rex adfuit. Is solito more militem alloquitur: hoc autem non solito more fecit, quod eam rem, quam secundo plerumque loco quaerere solebat, nunc contra primum a milite quaesivit. Itaque primum rogat hominem quot annos apud exercitum stipendia fecisset: cui miles, quippe qui trepidus et regis aspectu turbatus neque satis verba intellegere neque ullam rem meminisse posset praeter id quod a centurione esset admonitus, 'Viginti annos,' dicit: deinde a rege quot annos natus esset rogatus, 'Biennium tantum, domine,' respondet. Rex quum nesciret quomodo illud fieri posset

ut ante diem natalem octodecim annos continuos militavisset, miratus, 'Uter nostrum,' militi dixit, 'insanit? Egone, an tu?' Cui miles, sicut jussus erat, 'Ambo, domine,' respondet.

HOW TO CHOOSE A HUSBAND

EXERCISE 20

puella, girl.
ădeo, so much.
uxōrem ducere, marry.
stătuĕre, determine.
mărītus, husband.
ēlĭgĕre, choose.
nūbĕre, marry.
dijūdĭcare, decide.
virtus, virtūtis, virtue.
dīvĭtiae (pl.), riches.
dītissimus, very rich.
trans, across.
vēro, but.
tum, then.
rector, rectōris, captain.
fluctus, flūctus, wave.
făcillime, most easily.
dēsĭlire, jump down.

Puella quaedam pulcherrima quinque juvenibus adeo placebat, ut omnes eam uxorem ducere cuperent: neque ipsa satis statuere poterat, quemnam ex omnibus maritum sibi eligere vellet: neque enim omnibus nubere neque cui esset nubendum dijudicare poterat: adeo omnes pariter propter virtutem et divitias quas habebant erant admirandi. Quae res quum ita se haberet, accidit forte ut puella illa pulcherrima et quinque illi optimi et ditissimi juvenes una in nave trans mare iter facerent: tum vero puella, quippe quae eo ipso tempore diju-

dicandum esse et maritum esse eligendum existimaret, navis rectorem de tota re certiorem factum rogat, quidnam sibi faciendum esse putat, ut maritum ex omnibus illis juvenibus eligeret. Ille postquam diu secum consilium cepit, puellam admonuit ut se ipsam e nave in fluctus proiceret: sic enim facillime maritum eam esse electuram, si intellexisset, quis ex omnibus juvenibus in fluctus desilire vellet, ut puellam amatam extraheret.

EXERCISE 21

cōram, in the presence of.
quātuor, four.
pervĕnire, arrive.
corrĭpĕre, seize.
salvus, safe.
mădĭdus, damp.
dēmonstrare, show.
quintus, fifth.
pārēre, obey.
ĕquĭdem, assuredly.
siccus, dry.
săpiens, sapientis, wise.

Quod consilium quum bonum illi videretur, coram quinque illis in fluctus se proicit. Quo facto quatuor statim in fluctus desiliunt: nando ad puellam simul perveniunt: simul manibus corripiunt, simul salvam atque incolumem quatuor rursus in navem e fluctibus referunt. Tum illa in navem relata quum vix minus quam antea de re dubitaret, cum rectore navis iterum consilium capit: negat se omnibus illis quatuor juvenibus, qui se in navem rettulissent, posse nubere: et praeterea madidos esse omnes



'UNUS ENIM SICCUS EST ET CETERIS MULTO SAPIENTIOR'


puella ei demonstrat. Cui rector, 'Videsne,' inquit, 'quintum illum qui in fluctus desilire noluit? Si mihi parere vis, equidem te ut illi nubas admoneo: unus enim siccus est et ceteris multo sapientior.'

IRISH ARCHITECTURE

EXERCISE 22

pāgānus, countryman.	**infĕrior, -ōris,** lower.
Hibernia, Ireland.	**porta**, door.
perparvus, very small.	**ūsus, usūs,** use.
fŏrāmen, foramĭnis, hole.	**ĭdōneus**, suitable.

Paganus quidam qui in Hibernia habitabat



ROGATUS, CUR DUO FORAMINA FECISSET


duas feles habebat, alteram magnam, alteram perparvam: quae ut liberius quoties vellent domum intrare et ex ea excedere possent, foramina duo in inferiore portae suae parte fecerat. Ab amico quodam rogatus, cur duo foramina fecisset, magnum foramen magnae felis in usum esse respondet: alterum autem, quod parvum esset, parvae feli esse idoneum.

VOLUNTARY CONTRIBUTIONS

EXERCISE 23

Ītălĭcus, Italian.
incŏla, inhabitant.
dīlĭgĕre, love.
rĕpŭtare, consider.
cădus, cask.
văcuus, empty.
collŏcare, place.
amphŏra, jar.
infundĕre, pour in.
implēre, fill.
grātias ăgĕre, return thanks.
quisque, cujusque, each.
ăpĕrire, open.
pergĕre, proceed.
dōnum, gift.
cĕlĕbrare, celebrate

Sacerdos quidam Italicus adeo ab incolis eiusdem regionis et praecipue a vicinis dilectus est, ut ei donum dare aliquod statuerent. Quum igitur reputavissent quid sacerdoti maxime placiturum esse videretur, cadum vini plenum dandum esse statuerunt: cuius doni ut omnes partem haberent, quippe qui omnes pariter sacerdotem diligerent, cadum ingentem in loco antea constituto ita vacuum collocaverunt ut quisque e vicinis unam amphoram vini plenam in cadum allatam infunderet: sic enim cadum ab omnibus pariter vino impletum iri existimabant. Omnes igitur vicini postquam in cadum amphoras suas infuderunt, die constituto ad sacerdotem universi attulerunt: quibus ille quum gratias egisset, cadum deinde aperire pergit, ut vini aliquam partem coram omnibus vicinis bibendo diem felicem, in quo donum accepisset, celebraret.



NIHIL IN EO NISI AQUAM INESSE PATEFACTUM EST

EXERCISE 24

pătĕfiĕri, be shown.
praeter ŏpīnionem, contrary to expectation.
rătiōcĭnari, reason.
rēfert, it matters.
sentire, feel, observe.
prae, owing to.
pŭdor, pudōris, shame.

Cado autem aperto nihil in eo nisi aquam inesse patefactum est: quae res cur se ita haberet sacerdos nullo modo intellegere poterat. Nec non vicinis quoque res praeter opinionem evenerat: sed quum quisque secum reputasset, quo modo aqua tantum cado inesset intellegebat. Sic enim quisque secum ratiocinatus erat:

'Magnus cadus est, amphora autem mea perparva: quid igitur refert, ego unus utrum vinum an aquam in cadum infundam? nam quum ceteri omnes vinum sint infusuri, me unum aquam tantum infudisse nemo sentiet. Itaque aquam infundam, ne vinum meum amittam.' Hoc modo quum non modo unus e vicinis sed omnes essent ratiocinati, non mirum erat nihil nisi aquam in cado inesse. Neque tamen prae pudore quisquam quid fecisset sacerdoti confiteri volebat.

THE KING AND THE SOLDIER

EXERCISE 25

princeps, princĭpis, emperor.
Germānĭcus, German.
prīvātus, private.
vestire, dress.
agnoscĕre, recognise.
obvius, meeting.
grĕgārius miles, private soldier.
pōnĕre, serve up (lit. place).
sermo, sermōnis, talk.
collŏqui, converse.
incĭdĕre, fall into.
cēna, supper.
dīvīnari, guess.
cēnare, sup.
perna, ham.
ĕdĕre, eat.
altĭlis, chicken.
ultĕrius, further.
cervus, stag.
pinguis, fat.
vīvāria (pl.), preserves.
dēprendĕre, catch.

Princeps quidam Germanicus, sicut ei mos erat, privati hominis modo vestitus iter faciebat,

ne ab omnibus agnosceretur. Quod iter facienti obvius ei occurrit miles quidam gregarius, qui cum principe, quem privatum hominem esse putabat, ambulare et colloqui incepit. In sermonem igitur quum incidissent, principi miles, 'Amice mi,' inquit, 'scisne qualem cenam hodie sim habiturus?' Princeps, id quod exspectandum fuit, se nescire respondet: deinde a milite conjecturam facere jussus, 'Divinor,' inquit, 'te perna hodie esse cenaturum.' Miles melius aliquid perna se esurum esse dicit. 'Quid igitur? num tibi altilis ponetur?' Melius aliquid etiam altilibus sibi positum iri miles respondet: inde quum princeps conjecturam ulterius se facere posse negaret, 'Cervum,' inquit, 'cervum pinguem principis ipsius in vivariis deprensum, hodie sum esurus.' Qua cena princeps nihil melius esse posse respondet.

EXERCISE 26

longius, farther.
vultus, vultūs, look.
hăbĭtus, habĭtūs, bearing.
ordo, ordĭnis, rank.
trĭbūnus, colonel.
lēgātus, general.
altus, high.
rĕvĕrentia, reverence.
ădhĭbēre, invite.
percŭtĕre, strike.
restare, remain.
mĭser (Gen. **miseri**), wretched.
gĕnu, genus, knee.
prōcĭdĕre, fall.
supplex, supplĭcis, suppliant.
ōrare, pray.
ignoscĕre, pardon.

Itaque quum paullo longius iter fecissent, militi princeps, 'Amice mi,' inquit, 'tune scis quis sim, quocum colloqueris?' Miles se nescire dixit: 'sed quantum vultu et habitu conjecturam facere possum, mihi videris,' inquit, 'aliquem in exercitu ordinem habere.' Deinde ulterius divinari jussus, principem centurionem esse divinatur: ille se majorem esse centurione dicit. 'Quid igitur? num tribunus es?' Princeps se non modo tribuno sed etiam legato altiorem esse quum dixisset, miles metu et reverentia percussus, 'Ergo,' inquit, 'si etiam legatis major es, restat—me miserum!—ut cum ipso principe colloquar.' Princeps militi quis esset confiteri: miles ad genua procidere et supplex orare ut sibi ignoscatur, qui cervum e principis vivariis deprendisset. Inde princeps se ea condicione militi ignoscere velle dixit, ut miles se ad istam cenam adhiberet.

RIP VAN WINKLE

EXERCISE 27

Bătāvus, Dutch.
saltus, saltūs, glade.
montānus, of the mountains.
rūpes, rock.
undĭque, on all sides.
obdormire, fall asleep.
expergisci, awake.
sol, sōlis, sun.
tŭnĭca, tunic.
pannōsus, ragged.
tēlum, javelin.
exŏriri, rise up.
longus, long.
diffĭcĭlis, difficult.
prātum, meadow.
mūtare, change.
ortus, ortūs, rising.
dissĭmĭlis, unlike.
imberbis, beardless.
barba, beard.
cānus, white.
usque ad, as far as.
pectus, pectŏris, breast.
prōmissus, lengthened.
gĕrĕre, carry.
rūbīgo, rubigĭnis, rust.
ădesus, eaten.
membrum, limb.
cōnātus, conatūs, attempt.
mons, montis, mountain.
oppĭdum, town.
ferrum, iron.

Venator quidam Batavus quum per totum diem venatus esset neque tamen ullas feras occidisset, sero tandem vespere in saltu montano rupibus undique concluso obdormivit. Solis ortu experrectus mirum in modum sui dissimilis esse sibi videbatur: qui enim antea imberbis fuerat, nunc barbam canam et usque ad pectus promissam habebat: tunicam, quae nova et munda fuerat, pannosam et foedam factam, telorum ferrum quae feras occidendi causa

gerebat rubigine adesum vidit. Canis autem qui eum secutus erat, abierat neque revocari potuit. Quae omnia venatorem admiratione maxima affecerunt. Mox exortus non eandem vim membris inesse quae antea fuisset intellegit. Deinde longo et difficili conatu quum e monte et silvis in prata et oppidum ubi habitaverat fessus descendisset, omnia nova et mutata videt.

EXERCISE 28

insŏlĭtus, unaccustomed.
convĕnire, meet.
spĕcies, speciei, appearance.
usquam, anywhere.
mīrācŭlum, a wonder.
ludĭbrium, laughing-stock.
vĕtustas, age.
ruīna, ruin.
dēlābi, fall down.
offendĕre, meet.
continuus, continuous.
agnoscere, recognise.
nōmĭnātim, by name.
percunctari, ask.
aequālis, equal (in age).
mortem ŏbire, die.
sŭpĕresse, survive.
cuncti, all.
ăvus, grandfather.
unquam, ever.
compārēre, appear.
nĕpos, nepōtis, grandson.
rŏgĭtare, ask.
ingrĕdior, enter.

Quibus in via occurrit omnes insolitum in modum vestiti esse videbantur: neminem usquam sibi notum convenit: ipse ceteris propter speciem miraculo et nonnullis etiam ludibrio fuit. Tandem in oppidum ingressus domum suam vetustate in ruinam delapsam



NONNULLIS ETIAM LUDIBRIO FUIT

neque quemquam in ea habitantem offendit. Omnes de uxore et filio nominatim percunctatus non solum eos sed etiam amicos atque aequales cunctos mortem obiisse audit: unum tantum superesse juvenem, qui avum in montes venatum abiisse neque unquam postea comparuisse a patre se audiisse meminisset. Hunc nepotem suum esse Batavus agnovit: ex eorum autem responsis quos rogitaverat conjecturam faciens quinquaginta annos continuos se in montibus dormiisse intellegit.

AN AMERICAN GHOST STORY

EXERCISE 29

mercātor, -ōris, merchant.
frāter, fratris, brother.
pătria, native country.
cēnācŭlum, dining-room.
portentum, portent.
offerri, encounter.
praetĕrire, pass by.
adversus, opposite.
clāvis, key.
compāgo, compāgĭnis, bolt.
firmare, strengthen.
ĭmāgo, imagĭnis, appearance.
sua sponte, of itself.
occlūdĕre, shut.
falsus, false.
dēcĭpĕre, deceive.
reor (Particip. **ratus**), think.
commūnĭcare, impart.
bĭduum, two days.
nuntius, message.
punctum, point.
compĕrire, find out
namque, for.

Britannici cujusdam mercatoris pater in Gallia habitabat: ipse mercator in patria sua domicilium habuit. Is dum forte e cenaculo venit in aliam partem aedium, in qua negotia gerere solitus erat, portentum ei oblatum est: namque ab aliquo praetereunte, quem nusquam vidit, tangi visus est: simul adversa venienti porta, quae clavibus et compagine erat firmata, ipsa sua sponte aperitur atque occluditur. Mirari mercator et reputare secum, quidnam haec res significare posset. Deinde falsa fortasse imagine se decipi ratus, ad cenaculum reversus uxorem ita per eandem aedium partem ire jubet ut non

tamen ei diceret quid sibi accidisset: atque quum illa iterum eadem, quae ipse, fieri sensisset et metu pallida ad cenaculum rediisset, tum demum inter se quod acciderat communicant. Biduo postea nuntio e Gallia allato mercator eodem temporis puncto quo ipse et uxor ejus has res fieri sensissent fratrem suum mortem obiisse comperit.

EXERCISE 30

rĕmittĕre, send back.
postŭlare, demand.
rescrībĕre, write in answer.
pauci (pl.), few.
portus, portūs, harbour.
arca, chest, coffin.
contĭnēre, contain.
advehĕre, bring.
sŭprēmus, last.
sĕpultūra, burial.
explēre, satisfy.
ĭnānis, empty.
vīvĕre, live.
vălēre, be well.
explĭcare, explain.
ăgĕre, do.
vērax, verācis, veracious.

Quo comperto, quum fratrem suum in patria sepeliri vellet, missa in Galliam epistula ut cadaver quam celerrime in Britanniam remitteretur postulare incipit. Rescriptum ei est cadaver missum iri. Paucis postea diebus venit in portum navis arcam qua contineri cadaver erat intellectum advehens: eam nautae mercatoris domum adferunt: qui quum supremo dilecti fratris aspectu ante sepulturam oculos explere

cuperet, aperta arca vacuam et inanem et neque fratris ossa neque ullam aliam rem continentem videt. Neque multo postea venit iterum missa e Gallia epistula, qua lecta falsum fuisse primum nuntium et vivere fratrem et valere mercator intellegit. Quid igitur fuit quod portento illo erat significatum? Tota res quomodo possit explicari nescio: neque eam ita actam fuisse crederem nisi omnia ex homine veracissimo Americanae gentis audivissem.

AN IRISH JURY

EXERCISE 31

praetor, -ōris, judge.
jūris pĕrītus, learned in law.
rĕmōtus, remote.
jūdĭcium exercēre, hold a court of law.
admittere, commit.
quaestio, -onis, trial.
praeesse, preside over.
commŏrari, delay.
noctu, by night.

lis, lītis, case.
jūdĭcare, judge.
condemnare, condemn.
ŏportēre, behove.
ĭnīquus, unjust.
jūrare, swear.
grăvis, respectable (lit. heavy).
plāne, undoubtedly.
vĕnĕrābĭlis, venerable.

Praetor quidam juris peritissimus in regione Hiberniae longe remota judicia exercebat, in qua multa facinora a multis hominibus eo tempore admitti solebant. Itaque iter faciens

noctu in urbe quadam, in qua quaestionibus praefuturus erat, commoratus postero die in eum locum venit in quo de litibus et reis judicari mos erat, ut judicia exerceret. Ante autem quam negotia tractari possent, judices qui reos aut absolverent aut condemnarent ex iis qui in urbe habitabant eligi oportuit: qui quum essent electi et se nihil quod iniquum esset facturos esse juravissent, graves homines et aspectu plane venerabiles universi coram praetore comparent.

EXERCISE 32

consīdĕre, sit down.
brĕvĭter, shortly.
impĕrare, command.
intĕresse, be present at.
praebēre se, show themselves.
tālis . . . quālis, such as.
princeps, leader.

Sed quum in quo loco considendum esset, quippe qui nunquam antea de litibus judicavissent, nescirent, princeps eorum praetorem rogat ubi judices considere oporteret. Cui ille breviter ut solito loco sederent imperat. Quo audito illi eam partem universi petunt, in quo ii stare soliti sunt qui propter facinora accusantur: neque enim quisquam eorum nisi propter facinus aliquod a se admissum antea judicio interfuerat. Mirantur et rident omnes qui judices illos in reorum loco stantes vident. Mox illi in idoneum locum remissi tales se in



MIRANTUR ET RIDENT OMNES

rebus judicandis praebebant, quales futuros esse exspectari poterat.

THE JUMPING FROG

EXERCISE 33

rāna, frog.
quōcumque, whithersoever.
rōbur, robŏris, strength.
exĭmius, remarkable.
cĕlĕrĭtas, celeritatis, activity.
saltare, jump.
sŭpĕrare, excel.
saltus, saltūs, jumping.
coepisse, begin.
ad sponsiōnem prōvŏcare, ni, offer to bet that
mīrĭfĭcus, extraordinary.

Haec fabula de Americano quodam narratur, qui ranam habebat et secum quocumque iter

fecit ferre solebat. Ea erat adeo miri roboris atque eximiae celeritatis, ut ceteras omnes ranas saltando superaret. E qua re Americanus ille multam pecuniam capiebat: quum enim quotiescunque viatoribus occurreret, multa de ranae suae saltibus loqui et gloriari coepisset, neque tamen illi tantum quantum dixisset saltare eam posse crederent, tum demum ad sponsionem illos provocabat, ni verum esset quod diceret: unde sponsione facta postquam rana mirificum in modum coram omnibus saltavit, Americanus pecuniam accepit.

EXERCISE 34

quīlĭbet, any you please.
expĕrĭmentum, trial.
vincĕre, conquer.
pălus, palūdis, marsh.
se conferre, betake oneself.
inde, thence.
rĕportare, bring back.

Huic iter facienti philosophus quidam in deversorio occurrit. Is hominem cur ranam portaret rogat: qui quum de ea solito modo gloriatus esset et ceteris ad saltandum multo meliorem esse dixisset, nolle se dicenti credere philosophus dixit: pro certo enim se scire quamlibet aliam ranam melius posse saltare. 'Cuius rei,' inquit, 'si vis experimentum facere, ne iniqua condicione victus esse videaris, ipse ad paludem te confer et ranam quamlibet e multis quae in palude sunt tecum inde reporta.

EXERCISE 35

certare, contend.
diu, for a long time.
tăcĭtus, silent.
contemplari, contemplate.
cōgĭtare, think.
mĕdĭtari, meditate.
infundĕre, pour in.
plumbum, lead.
grānum, grain.
dōnec, until.

Magnae igitur pecuniae sponsione facta Americanus ille se ad paludem confert ut ranam aliam ad certandum quaereret: suam in deversorio relinquit. Itaque philosophus cum Americani hominis rana in deversorio solus relictus diu tacitus eam contemplatur: cogitat secum et meditatur, quidnam nunc esset agendum. Mox fine cogitandi facta ranam manibus capit, os ejus aperit: deinde in os infusis permultis plumbi granis quae forte secum habebat plumbo eam totam implet. Quod quum fecisset, sedet exspectans donec Americanus e palude rediret.

EXERCISE 36

mensa, table.
ŭter, utra, utrum, which of two.
signum, sign.
ăcus, acūs, needle.
impellĕre, impel.
mŏdĭcus, moderate.
contrahĕre, pull together.
praedīcĕre, tell beforehand.
spondēre (Perf. **spopondi**), promise.
scĭlĭcet, forsooth.

Brevi tempore interjecto redit ille ex eo loco quo iverat, ranam alteram secum afferens: juxta



'HOC TIBI ANTEA PRAEDIXI'

suam in mensa collocat, ut tandem dijudicaretur, utra melius saltare posset. Dato signo ambas acu tangit, ut ad prosiliendum impellerentur. Atque rana altera quae e palude allata erat modicum saltum facit: altera autem, quae ceteris scilicet melius saltare solita erat, contrahit se et velut colligit ad saltandum: neque tamen se movere potest, sed in eodem loco sedet. Ridet philosophus: 'Hoc,' inquit, 'tibi antea praedixi, quamlibet ranam tua melius posse saltare.'

Americanus nihil ei respondet: pecuniam, quam se si vinceretur daturum esse spopon-

derat, philosopho reddit. Pecunia accepta abit philosophus e deversorio.

EXERCISE 37

mens, mentis, mind.
versare, turn about.
immo, nay more.
dĕcem, ten.
pondus, pondĕris, weight.
postĕri pĕdes, hind feet.
suspendĕre, hang.
effundĕre, pour out.
ēmittĕre, emit.
prŏpĕrare, hasten.
assĕqui, overtake.
pronus, head downwards.

Ille igitur quum abiisset, quaenam rei causa fuisset Americanus mirari incipit. Ranam in eodem etiam loco sedentem contemplatur: ea omnibus membris sana esse videtur: neque tamen se movere potest. Diu sedet ranam oculis intuens. Tandem aliquid illi in mentem venit. Capit ranam: captam manibus tractat et versat: graviorem solito esse sentit: immo decem ranarum pondus habere videtur. Mox posteris pedibus deprensam pronam capite in terram verso suspendit. Quod quum fecisset, ecce rana omne illud plumbi pondus, quod ita gravem reddiderat ut saltare non posset, e faucibus in mensam effudit: emisso plumbo laeta esse videtur, et saltat ut antea. Americanus e deversorio properat, ut philosophum si posset assequeretur. Ille autem in aliam urbem jam antea magna celeritate se contulerat.

VOCABULARY

abhinc, ago.
abhorrere, be inconsistent with.
absolvere, acquit.
accipere, receive.
accusator, prosecutor.
acus, needle.
acutus, sharp.
adeo, so much.
adesse, be present.
adesus, eaten.
adhibere, invite.
adhuc, still.
adjuvare, help.
admiratio, wonder.
admittere, commit.
advehere, bring.
adversus, opposite.
aedes, house.
aequalis, equal.
affirmare, affirm.
agere, do.
agnoscere, recognise.
aliunde, from elsewhere.
alloqui, address
altilis, chicken.
altus, high.
amabo, if you please.
amphora, jar.
annus, year.
anser, goose.
aperire, open.
apparere, appear.
apud, with, in.
arca, chest, coffin.
arcessere, summon.
ardere, burn.
aspectus, appearance.
aspicere, behold.
assequi, overtake.
attinere ad, concern.
aura, breeze.
avus, grandfather.

barba, beard.
Batavus, Dutch.
bestia, beast.
biduum, two days.
biennium, two years.
brevis, short.
Britannicus, British.

cadaver, dead body.
cadus, cask.
calcare, kick.
calefacere, heat.
cancellus, bar.
canis, dog.
canus, white.
capitis damnare, condemn to death.
carcer, prison.
carmen, poem.
carus, dear.
causa, cause.
celebrare, celebrate.
cena, dinner.
cenaculum, dining-room.
cenare, dine.
centurio, captain.
certare, contend.
certior fieri, be informed.
cervus, stag.
circa, circum, round.
circumferre, bear round.
circumvolare, fly round.
clarus, clear.
clavis, key.
coepisse, begin.
cogitare, think.
collocare, place
comburere, consume by fire.
comedere, eat up.
comes, companion.
comiter, courteously.
commemorare, tell.
commorari, delay.
commovere, move.
communicare, impart.
compago, bolt.
comparare, compare.
comparere, appear.
comperire, find out.
comprehendere, arrest.
conatus, attempt.
conclave, room.
concludere, shut in.
condemnare, condemn.
condicio, condition.
confectus, overcome.
conferre se, betake oneself.
configere, pierce.
conjectura, guess.
considere, sit down.

consilium, plan, counsel.
constituere, appoint.
contemplari, contemplate.
continere, contain.
continuus, consecutive.
contra, on the other hand.
contrahere, pull together.
convenire, meet.
convertere, convert.
coram, in the presence of.
corpus, body.
corripere, seize.
cortex, cork.
credere, believe.
crimen, charge.
cruentus, bloody.
cuncti, all.
custodire, guard.
custos, guardian.

decem, ten.
decipere, deceive.
defendere, defend.
delabi, fall down.
demonstrare, show.
demum, at length.
deprehendere, catch.
descendere, descend.
desilire, jump down.
deversorium, inn.
dijudicare, decide.
dilaniare, lacerate.
diligere, love.
discedere, depart.
disertus, distinct.
diu, for a long time.
dives, rich.
divinari, guess.
divitiae, riches.
docere, teach.
documentum, proof.
domesticus, domestic.
domicilium, abode.
dominus, master.
donec, until.
donum, gift.
dubitare, doubt.

edere, eat.
efficere, perform.
effundere, shed.
eligere, choose.
emere, buy.
emittere, emit.
epistula, letter.
equidem, assuredly.
equus, horse.
etiam, even.
evenire, happen.
excedere, depart.
eximius, remarkable.
existimare, think.
exoriri, rise up.
experimentum, trial.
explere, satisfy.
explicare, explain.
exspectare, expect.
exstruere, build.
exturbare, drive out.

facies, face,
facilis, easy.
facinus, deed.
falsus, false.
fauces, jaws.
felis, cat.
ferre, bear.
ferreus, of iron.
ferrum, iron.
fessus, weary.
fidelis, faithful.
fluctus, wave.
fodere, dig.
foramen, hole.
fores, door.
fovea, hole.
frater, brother.
frons, forehead.
furca, fork.

gena, cheek.
gens, nation.
genu, knee.
gerere, carry.
Germanicus, German.
granum, grain.
gratiae, thanks.
gravis, heavy.
gregarius (miles), private.

haesitare, hesitate.
hasta, spear.
Hibernia, Ireland.
honos, honour.
humus, ground.

ibi, there.
idoneus, suitable.
ignis, fire.
ignoscere, pardon.
illic, there.
imago, appearance.
imberbis, beardless.
immanitas, ferocity.
immo, nay more.
impellere, impel.
imperare, command.
impetus, attack.
implere, fill.
inanis, empty.
incidere, fall into.
incipere, begin.
incola, inhabitant.
incolere, inhabit.
incolumis, unhurt.
incommodum, inconvenience.
incurrere, run against.
inde, thence.
inesse, be in.
inferior, lower.
inferre, cause.
infundere, pour in.
ingens, huge.
ingredi, enter.
iniquus, unjust.
insolitus, unaccustomed.
inspicere, look into.

intellegere, understand.
inter, among.
interesse, be present at.
interior, inner.
interjicere, put between.
intrare, enter.
intueri, look at.
Italicus, Italian.

jam, now.
jucundus, pleasant.
judex, juryman.
judicare, judge.
judicium, case, court of law.
jugera, acres.
jurare, swear.
jus, law.
juvenis, young man.

labor, toil.
lacerus, torn.
lacrima, tear.
lacrimare, weep.
laetari, rejoice.
latebra, hiding-place.
latitare, lie hid.
legatus, general.
liber, book.
lis, case at law.
litus, shore.
longius, farther.
longus, long.
luctus, grief.
ludibrium, laughing-stock.
lupus, wolf.

madidus, damp.
manus, hand.
maritus, husband.
meditari, meditate.
membrum, limb.
meminisse, remember.
mens, mind.
mensa, table.
mensarius, banker.
mercator, merchant.
merces, price.
metus, fear.
micare, shine.
militare, be a soldier.
miraculum, wonder.
mirificus } strange.
mirus }
miser } wretched.
miserabilis }
misericordia, pity.
mittere, send.
modicus, moderate.
mons, mountain.
monstrare, show.
montanus, of the mountains.
mora, delay.
mors, death.
mos, custom.
mox, soon.
mutare, change.
mutuus, lent.

namque, for.
narrare, relate.
natalis, of birth.
natio, nation.
nec, neque, nor.
negotium, business.
nepos, grandson.
nequaquam, not at all.
noctu, by night.
nominatim, by name.
nonnulli, some.
nubere, marry.
nuntiare, announce.
nuntius, message.
nuper, lately.

obdormiscere, fall asleep.
obvius, meeting.
occasio, opportunity.
occludere, shut.
occupare, take possession of.
occurrere, meet.
octodecim, eighteen.
oculus, eye.
offendere } encounter.
offerri }
olim, formerly.
opinio, expectation.
oportere, behove.
oppidum, town.
orare, pray.
oratio, speech.
orbis, world.
ordo, rank.
ortus, rising.
os, bone.

pactum, bargain.
paganus, countryman.
paenitet me, I am sorry.
palus, marsh.
pannosus, ragged.
parere, obey.
pariter, equally.
parvulus, little.
patefieri, be shown.
patria, native country.
patronus, advocate.
pauci, few.
paulo, a little.
pectus, breast.
pecunia, money.
penna, wing.
percunctari, ask.
percutere, strike.
perficere, perform.
perfidia, treachery.
pergere, proceed.
periculum, danger.
peritus, skilful.
perna, ham.
pernegare, deny.
perparvus, very small.
persequi, pursue.
pervenire, arrive.

pessimus, worst.
philosophus, philosopher.
pinguis, fat.
plane, undoubtedly.
plerumque, mostly.
plumbum, lead.
poeta, poet.
pondus, weight.
ponere, place.
porta, door.
portare, convey.
portentum, portent.
poscere, demand.
posterus, hinder, later.
postulare, demand.
prae, before, owing to.
praebere, show, afford.
praeceptum, advice.
praedicere, foretell.
praeesse, preside over.
praeter, beside, except.
praeterire, pass by.
praetor, judge.
pratum, meadow.
princeps, emperor, leader.
privatus, private.
proceritas, tallness.
procidere, fall.
projicere, throw forward.
promissus, lengthened.
pronus, headlong.
properare, hasten.
proponere, propose.
prosilire, jump out.
protrahere, drag out.
pudor, shame.
puella, girl.
punctum, point.

quaerere, ask, seek.
quaeso, I pray.
quaestio, question, trial.
qualis, such as.
quatuor, four.
quilibet, any you please.
quinquaginta, fifty.
quinque, five.
quintus, fifth.
quippe qui, since he.
quisnam, who.
quisque, each.
quoad, as far as.
quocumque, whithersoever.
quot, how many.

rana, frog.
ratiocinari, reason.
recipere, receive, take back.
rector, captain.
recusare, refuse.
reda, carriage.
refert, it matters.
regia, palace.
regio, region.
regnum, kingdom.
remittere, send back.
repente, suddenly.
reportare, bring back.
reputare, consider.
reri, think.
respergere, sprinkle.
restare, remain.
reus, accused person.
reverentia, reverence.
reverti, return.
revocare, recall.
rex, king.
robur, strength.
rogitare, ask.
rubigo, rust.
ruina, ruin.
rupes, rock.
rursus, again.

saltare, jump.
saltus, leap, glade.
salvus, safe.
sane, indeed.
sanguis, blood.
sapiens, wise.
satis, enough.
saucius, wounded.
scilicet, forsooth, for indeed.
secundus, second.
sed, but.
sententia, vote.
sentire, feel.
sepelire, bury.
septem, seven.
sepultura, burial.
sermo, talk.
siccus, dry.
significare, mean.
signum, sign.
silva, wood.
simulare, pretend.
sitire, be thirsty.
sol, sun.
sollertia, cunning.
solus, alone.
solvere, pay.
species, appearance.
sperare, hope, expect.
spondere, promise.
sponsio, bet.
sponte, willingly.
stipendium, pay.
studiosus, desirous.
sublatus, lifted.
sublimis, aloft.
superare, excel.
superesse, survive.
supplex, suppliant.
supremus, last.
suspendere, hang.

tacitus, silent.
talis, such.
tangere, touch.
tanquam, as if.
tenebrae, darkness.
terrere, terrify.

tertius, third.
tigris, tiger.
tractare, handle.
trans, across.
trepidus, confused.
tum, then.
tumulus, mound.
tunica, tunic.

ulterius, farther.
ultio, revenge.
unguis, claw.
usus, use.
uter, which of two.
utilis, useful.
utrum, whether.
uxor, wife.

vacuus, empty.
valere, be well.
vehementer, vehemently.
vehere, carry.
velut, as if.
venerabilis, venerable.
verax, truthful.
verbum, word.
vero, but.
versare, turn about.
vertere, turn.
vestire, dress.
vetustas, age.
viator, traveller.
vicinus, neighbour.
vigiliae, guard.
vincere, conquer.
vinculum, fastening.
vinum, wine.
virtus, virtue.
vis, force.
visere, visit.
vita, life.
vivaria, preserves.
vivere, live.
vivus, alive.
vix, scarcely.
volatus, flight.
votum, vow.
vulpes, fox.
vultus, look.

THE END

Printed by BALLANTYNE, HANSON & Co.
Edinburgh & London